



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Nubes fœcundæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO II.

VULNERA JESU.

*Iesus desiderat.**Nubes fecundæ.*

TERRA cordis nostri plantam fructumque bonum
 producere nequit, Cœli ope destituta. *Fru- Job. 37.*

mentum desiderat nubes. Visum fuit nonnunquam plu-
 visse sanguine: talis semper pluvia est, quæ procedit ex
 fecundis plagarum Christi nubibus. Fœlix pluvia,
 quæ Terram pariter & cœlum consolatur. Prodigio-
 sa pluvia, quæ dum irrigatur Terra, germinascunt in
 cœlo palmæ, & efflorescunt coronæ. Pluvia pretio-
 sa, ad te suspirat arida terra animæ nostræ: Tu sola si-
 tiri eius extinguere, tu sola ipsam refocillare & recrea-
 re potes: *In stillicidiis tuis latabitur germinans,* & tunc
benedices corona anni benignitatis tuæ.

Psal. 64.

1. Verum super omnia frumentum Electorum, pa-
 tris Angelorum *desiderat nubes.* Nascitur, crescit,
 conseruatur pluvia huius Sanguinis. O si anima in sa-
 cra communione Diuinum hoc frumentum pluuiâ istâ
 abundanter irrigaret, frequenter adquaret, quales in
 corde nostro poneret radices, quantum cor nostrum
 cum germine suo sese attolleret ad cœlum, quales fru-
 ctus produceret?

3. Quisquis ambit & aspirat, vt dicere possit: *Fru-
 mentum Christi sum: desiderat nubes.* Non satis est,
 granum esse mortuum, nisi iuuetur foueaturque à plu-
 uiâ: nec sufficit, frumentum animæ nostræ, propter
 Amorem Dei sub mortificationis sulco sepultum, esse
 mortuum, nisi ipsa abluatur impingueturque Sanguine
 Christi. O substantiam Diuinam, impingua, te rogo,
 hoc frumentum Christi *ut panis mundum*
inueniat.

CON-